

regione | Millevitana, iterato in confi[n]io Mauretaniae et Numidi[ae], tertio quinquegentaneis² | gentilibus Mauretaniae Cae[sariensis], item gentilibus Fraxi[n]ensibus³ qui provinciam | Numidiam vastabant, cap[to famosissimo duce eorum, | caesis fugatis.

Lambaesi (VIII 2613 vedit Wilmanns). — 1) *Legatus Norici fuit sine dubio non eodem tempore, quo Numidia, sed aut antea, aut postea, scilicet paullo ante hunc titulum positum in Noricum translatus.* — 2) *Bavares et Quinquegentanei sive Quinquegentiani memorantur saepius aetate Diocletiani et Maximiani (laterculus gentium barbararum adiectus catalogo provinciarum Veronensi; Vict. Caes. 59, 22. Eutrop. 9, 22, 23; cf. supra N. 628, 645). Incursionis Bavarum factae a. 260 meminit etiam titulus Auziensis VIII 9047 Q. Gargilii Martialis (infra inter militares exhibendus); eiusdem fere aetatis videtur hic titulus esse.* — 3) *Fraxinenses praeterea non memorantur; fortasse nomen traxerunt a Faraxene rebelli, memorato in titulo Auziensi Q. Gargilii Martialis.*

1195

divum sodalis¹, consul e[t] | verno die²,
et post Sicanos³, | postque Picentis v[iro]s⁴, |
ac mox Hiberos Ce[lt]as⁵, | Venetos⁶, Delmatas⁷,
..... | na regna⁸, post feros I[ap]u|das
Germaniarum consularis Maximus,
paren[s] | adultae pro[li]s gemina[e | l]iberum,
aram dicavit | [S]ospiti Concordiae, |
[G]ranno, Camenis, Mar[tis] et Pacis Lari,
qui[n] | et deorum stirpe | genito Caesari.

. . Fulvius G. f. | Maximus leg. | Aug. pr. pr.

Bonnae, ara rep. a. 1862 (Zangemeister mus. Rhen. 19, 1864 p. 50 cum imagine; Huebner ann. inst. arch. 1864 p. 225; Brambach inscr. Rhen. 484; Buecheler ind. schol. Gryph. 1870 aest. p. 5 n. VI). — 1) *Fuit sodalis aut Augustalis Claudiensis aut Flavialis Titialis aut Hadrianalis aut Antoninianus.* — 2) *Plerunque crediderunt significari consulatum suffectum, susceptum verno die, i. e. kalendis Martiis; sed veri similius videtur, significari fasces ordinarios (nam suffectum consulem se fuisse vix admonuisset legentes Maximus); nuper Mommsenus coniecit eum fuisse consulem ord. a. 263, postquam huius anni consuli alteri nomen fuisse Fulvii Maximi t. Narbonensis XII 4524 cf. p. 845 docuit.* — 3) *Proconsulem Siciliae, 4) iuridicum Piceni Maximum fuisse videtur significari.* — 5) *Videtur indicari legatio Hispaniae Tarraconensis.* — 6) *Fortasse functus est legatione vel iuris dictione aliqua trans Padum (cf. Mo. Eph. ep. 7 p. 597 et supra N. 1040).* — 7) *Legatus fuit Dalmatiae.* — 8) *[Libur]na supplevit Zangemeister; eiusque vocabuli vestigia in lapide repperit Hettner catal. mus. Bonn. 67. Et Liburniae et Iapudiae mentio spectare videtur ad legationem Dalmatiae. Muneris novissime transacti recens memoria uberiorem hanc orationem videtur suggestisse (Bue.).*

1196 L. Iul. Apronio Maenio | Pio Salamalliano¹ | trib. latic. leg. X Gem., ad lecto inter qq.², praeposito actis senat.³, | aed. curuli, praetori, leg. Aug. vice quin[q]ue fascium prov. | Belg[cae, le]g. leg. | I Adiutric., leg. Au[g.] | pr. pr. provinc. Ga[la]tiae item l. . . . | pr. pr. c. v. . . .

Lambaesi (Eph. ep. 7, 593 vedit Purgold). — 1) *Idem videtur esse L. Apronius Pius VIII 8782, Eph. 5, 669, 7, 793, quem vixisse medio tertio saeculo opinio*